



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Petitio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

P E T I T I O .

*Idiota
Contem.
cap. 12.*

O Benignissime Do-
mine, Iesu Chri-
ste, amor immense,
frange, & mollifica
cor meum durissimum:
vt si ad alium non va-
let eleuari, saltem ad
pulum amorem sensi-
bilem flectatur: scili-
cet ad benedictam car-
nem tuam, & ad illa,
quam in carne gessisti,
vel insisti: vt omnia
libenter audiam, stu-
diosè legam, frequen-
ter

Petitio. 197

ter recolam, suauiter
mediter, te annunciātū
cōtempler deuotē, aut
nascentē, aut lactentē,
aut docentem, aut ieiu-
nantem, aut prædican-
tem, aut miracula fa-
cientem, aut morientē,
aut resurgentem, aut
ascendentem, aut ad
iudicium venientem.

Sic animus meus strin-
gatur in amore tuo, vt
carnis deuinet vitia, fu-
giat illecebras, deside-
ria maligna extirpet: &
in se assiduē recreetur,
atque tuo dulcissimo
amore pascatur. Scio,

ORATION I 3 Do-

198 *Die Iouis*

Domine, quòd per a-
morem tuum vita car-
nalis excludetur, mun-
dus contemnetur; &
efficietur; ac perficie-
tur vita spiritualis; vt
ipsa in omnibus, quæ
oportet sentire de te,
sentiatur, vera fides fir-
metur, puritas conser-
uetur, diabolica circū-
uentio euitetur, au-
geatur exercitium vir-
tutum, & amor tuus
mihi dominetur, nec
post hac separetur à
me. Sed sic in præsentī
me gubernet, cōseruet,
& viuere faciat, vt te ad-
iuuan-

Petitio. 199

iuuante, & donante,
amor in regno tuo sit
mihi vita sempiterna.

Anima Christi, &c.
fol. III.

Igniculi pietatis.

INueni quem diligit
anima mea, tenui
eum, nec dimittam.

Cant. 3.

Ego dilecto meo, &
ad me conuersio eius.


Veni dilecte mi, egre-
diamur in agrum, como-
remur in villis. *Can. 7.*

Sub umbra eius que

I 4 desi-

200 *Die Iouis*

desiderauerã sedi. Vm-
bra eius caro eius: Et
cætera quidem sylua-
rum ligna etsi vmbra-
solatij habent, sed non
fructus perpetuos salu-
tis. Vnus tu vitæ meæ
auctor. *Bern. serm. 48.*
in Cant.



DIE
DIE